



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

LV. Markgraf Hermann schenkt dem heil. Geist-Kloster zu Salzwedel das
Eigenthum von 2 1/2 Hufen, welche Werner und Siegfried von der
Schulenburg zu Lehn getragen, am 30. Mai 1302.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54909](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54909)

Droifeke, Dapifer noster; Gunterus, Mariscalcus noster Gevehardus de Alvensleve et Borchardus de Bertensleve, noster ibidem Advocatus. Quod presentibus nostro sigillo insignitis evidenter duximus protestandum. Actum et Datum Saltwedele, per manum Rodolfi de Embeke, notarii nostri, Anno Incarnationis Domini M^o. CCC^o. I^o. in die beati Johannis ante portam latinam.

Nach dem Originale des Salz. Archives V, 2.

LV. Markgraf Hermann schenkt dem heil. Geist-Kloster zu Saltwedel das Eigenthum von 2½ Hufen, welche Werner und Siegfried von der Schulenburg zu Lehn getragen, am 30. Mai 1302.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Hermannus, Dei gratia Marchio Brandenburgensis, universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, in perpetuum. Ne ea, que geruntur in tempore, simul cum tempore dilabuntur, aut ex morte hominum a memoria diuturnitate temporum evanescant, expedit ipsa literarum memorie commendari. Inde est, quod notum esse cupimus tam presentis quam futuri temporis Christi fidelibus universis, quod nos ob spem mercedis eterne ecclesie sancti spiritus extra muros Soltwedel, donavimus proprietatem duorum mansorum et dimidii cum suis attinentiis, que bona Wernerus et Sifridus, fratres, dicti de Schulenborch, milites, in pbeodo hactenus a nobis tenuerunt, de consensu et voluntate dictorum militum heredumque suorum iusto proprietatis titulo perpetuo possidendam. Ne igitur super hoc facto nostro dicte ecclesie in posterum calumpnia aut impedimenti materia valeat suboriri, presentem paginam cum testibus inferius annotatis, et sigilli nostri appensione fecimus communiri. Testes hujus donationis sunt Ludovicus de Wantsleve, Borchardus de Bertensleve, Advocatus in Soltwedel, Hinricus et Fredericus, fratres, dicti de Alvensleve, Droyseke, dapifer noster, et alii quam plures fide digni. Datum Arnborch, Anno Domini M^o. CCC^o. II^o., tertio Kalend. Junii.

Transumpt v. S. 1448, Churm. Lehnb. XXI, 167.

LVI. Friedrich, Bischof von Verden, bestätigt dem heil. Geist-Hospital das Kirchenpatronat zu Altmersleben, am 16. September 1303.

In nomine domini Amen. Fredericus, dei gratia Verdenfis ecclesie Episcopus, universis — Cum quondam dominus Conradus predecessor noster felicitis memorie cum consensu et ratihabitione venerabilium virorum Decani et Capituli ecclesie nostre donationem juris patronatus ecclesie Altmersleve, a quondam Otthone, Marchione de Brandeborch longo, principe inclito clare memorie, pro remedio anime sue — preposito et conventui Hospitalis S. Spiritus extra muros Soltwedel ordinis B. Augustini factam confirmaverit —; Nos qui sanctam religionem